Si. 6. G 91.

Cum Deo!

DISPUTATIO JURIDICA

DE

REI FURTIVÆ INQUISITIONE ET DEPREHENSIONE.

Quam

PRÆSIDE


JOH. ANDREA Frommann/

J.U.D. & Inst. Imp. P. P. Facult. Jur. h. t. DECANO.

Respondendo

Pro Virium tenuitate

publicè defendet



JOH. GEORG. HECHTLIN,

Kircho-Teccens.

Die 6 Septembr.

IN AUDITORIO JURIDICO,

Horis consuetis.

TUBINGÆ,

ANNO M. DC. LXVII.

Typis Kernerianis.

6

C. J. N. D. J. C.

PROOEMIUM.

R*Es licet culpâ plerũnq; ſubtrahantur eorum, quibus furta fiunt.* arg. l. 23. de R. J. l. 52. §. 3. pro ſoc. §. 4. Inſt. quib. mod. re contrah. oblig. *Anthon. Matth.* ad d. l. 23. n. 36. *Harpprecht.* ad §. 5. Inſt. de oblig. quæ ex del. n. 4. *quemadmodum nonnullibi Cujacius inquit*: parum diligenter res cuſtodiit, cui furto auferuntur. *vid. Ritterhus.* in comment. ad d. l. 23. c. 18. p. m. 243. *Caſibus tamen fortuitis furta quoque annumeranda veniunt, quandocunque vel ob loci, quo res aſſervantur, naturam,* l. 9. C. de pignor. Act. *Everhard.* in loc. leg. à natura. 107. n. 3. *vel ob conditionem furantium, magicas & præſtigiatrices artes non raro, (quod burſicopis & ſacculariis non eſt infrequens Dn. Tabor* in racem. 3. th. 17.) *adhibentium; aut ſi domeſtici ſunt, quorum manibus res familiares, familiari adminiſtratione ita exigente, exponere neceſſe eſt, poſt Duaren. Dn. Carpz.* prax. crim. quæſt. 82. n. 58. *quandocunque, inquam, ob has vel ſimiles rationes, quantacunque etiam adhibitâ diligentiâ & curâ, præviderí nequeunt*, per l. 6. C. de pign. act. *Unde eſt, quòd JCt. Ulp.* in l. 14. §. 6. de furt. *di-*

stinguat an res culpâ alicujus subtrahatur, an verò culpa absit: & Marcianus *inter damna fatalia furtum recensere voluerit* in l. 30. pr. ad L. Falcid. *Ant. Matth.* d. l. n. 36. *Factum hinc præter alias causas, ut gravi, præ aliis ferè delictis, furtum in Jure prematur odio. Quod cum non ita nuper à quodam, in his Musarum Castris tùm militante, ostensum fuerit circa Res Furtivas, quoad* Furtivitatis Vitium, *placuit nunc, additis ad id quibusdam pertinentibus, Juridicæ Rei Furtivæ contemplationi insistere, & ad exemplum ejus (viam monstrante Dn. Præside) Jura circa eand. obtinentia, pro ingenii quidem viribus, non tamen extra REI FURTIVÆ INQUISITIONIS ET DEPREHENSIONIS tramites, indagare.*

Faxit Supremum Numen, ut veritate duce!

DE REI FURTIVÆ INQUISITIONE ET DEPREHENSIONE.

Thesis. I.

REI FURTIVÆ *Possessio an domino intervertatur?*



Urti effectum, quoad dominium Rei Furtivæ domino competens, non esse ejusdem privativum, sed conservativum & confirmativum, constat. Interverti tamen per id possessionem nostram, quam in re furtiva ante furtum habuimus, non minus in jure certum est, docentibus id JCtis, Cajo quidem *in l. 15.* & Papiniano *in l. 47. ff. de adquir. poss.* Quamvis enim eousque fervens quoq; ut appellat Schneidew. *ad §. ult. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. n. 4.* furti-

si odium extendendum videbatur; tamen cum naturæ repugnet, ut rem furto subtractam Dominus ejus adhuc possideat, & simul etiam ipse fur vel alius, in quem à fure translata *l. 3. §. 5 ff. de adquir. poss. l. 5. §. ult. ff. commod. l. 19. pr. ff. de prec.* idcirco naturæ in hoc cedendum fuit, tunc quidem, quandocunq; quis rem animo eandem sibi, tanquam suam, habendi subtraxerit, & sic possessionem, utut injuste, acquisierit. *l. 47. pr. ff. de furt. In summa namq; possessionis non multum interest, justè quis an injustè possideat*, inquit Paulus JCtus *in d. l. 3. §. 5.* hoc est: qui injuste possidet, non minus possidet, ac is qui justè, quantum ad ipsam possessionis essentiam, quæ consistit in detentione cum animo sibi rem, tanquam suam, habendi: præscindendo à bona vel mala fide. Quæ sententia contra Sabinum & Trebatium Labeoni JCto placuit, & à Paulo d. l. verior deprehensa fuit. Etsi verò hæc de naturalis (ratione modi, quo possidetur, ita dictæ:) possessionis amissione, ceu certa, concedenda sunt; quoad civilem tamen (eodem respectu consideratam) quum in animo eam consistere, eoque retineri posse palam sit, *l. 4. C. de adquir. poss. l. 3. §. 7. ff. eod.* Perez. *in prælect. Cod. ad d. t. n. 21.* Bicc. *in R. Q. sect. 3. n. 168.* dubio res subesse videbatur. Verùm, qua mente id intelligendum sit, explicant JCti, dum id limitant verum esse, quando nim. alius eand. possessionem non occupaverit. *l. 46. l 3. §. 8. l. 6. in fin. junct. l. 7. l. 25. § fin. ff. de adquir. poss.* aut occupaverit quidem, sed reversum Dominum iterum admiserit. Scilicet *quando dicitur, animo solo retineri possessionem, id non intelligendum de nuda & vana imaginatione aut cupiditate, sed de istiusmodi animo & voluntate, qua potest se exercere, & actus imperatos circa rem producere & corporis ministerio uti*: Verba sunt Dn. Struve *in S. I. Civ. de adquir. poss. th. 34.* Quod JCtus *in d. l. 3. §. 13. de adquir. poss.* similibus verbis exprimit, quando ait: *Nerva filius: res mobiles, excepto homine, quatenus sub custodia nostra sint, hactenus possideri: id est, quatenus, si velimus, naturalem possessionem nancisci possimus.* Add. Dn. Brunnem. *ad l. 4. C. eod.*

II.

Naturalem ergò & civilem possessionem, tam ratione modi, quo possedit, quam ratione formæ, à fine dependentis, ita dictam, uti Dominus rei furtivæ amittit, sciat an ignoret furtum suæ rei factum esse. *l. 47. ff. de adquir poss.* & propterea extra usucapiendi, si rei surreptæ tantùm bonæ fidei possessor erat, conditionem constituitur, *arg. l. 5. de usucap. l. 15. pr. l. 47. l. 3. §. 18. ff. de acq. poss.* ita utramque fur acquirit. Quamvis

An Fur possessionem, non Naturalem tantùm, consequatur.

Sed & Civilem. Sententia Rejecta. vis enim sint nonnulli, inter quos etiam est Wesenb. *π. de adquir. poss. n. 3.* in hoc licet approbatus à Dn. Hahnio *in observ. ad d. num.* Perez. *C. de acq. poss. n. 2.* Bicc. in R. Q. *d. sect. 3. th. 135. n. 3.* Add. Dn. Struve *π. de acq. poss. th. 7.* qui *per l. 1. §. 5. & l. 2. ff. uti possid.* existiment, furem nequaquam civiliter possidere, nec violentum detentatorem: etsi animo etiam Domini possideant; rectiùs tamen & ad mentem JCtorum contra- *Approbata.* rium in hoc casu cum aliis Bacchovium *in notis ad Wesenb. d. l.* statuere mihi persuasum habeo, tum per ea, quæ in th. præcedenti dicta, tum per *l. 67. pr. ff. de furt. l. 32. pr. ff. de usuc. ibi: pro furtiva possidere*, tum quòd usucapiens, superveniente rei alienæ scientia, non potest dici civiliter possidere desinere, *arg. l. 48. §. 1. ff. de a. r. d. junct. l. 25. de usuc.* tùm verò & maximè per ipsas in contrarium adductas leges, *junct. tt. ff. utrubi & §. 4. Inst. de Interd.* in quibus pro vero præsupponitur, quòd quilibet vitiosus possessor indistinctè possideat; at, quoad victoriam in isto interdicto reportandam, distinguitur, utrum ab ipso actore, an verò ab alio tertio vitiosè possideat & præsuppositam possessionem ad victoriam in priori casu nihil proficere debere statuitur; benè autem in posteriori casu. A denegatione autem victoriæ in hoc Judicio, adversus certam tantùm personam, ad negationem possessionis civilis non valet consequentia.

III.

Ejus Exceptiones 1. Quæ ipsa tamen in duobus casibus notabilem recipiunt limitationem, nempe in furto commisso 1. ab eo, qui in rei furtivæ Domini potestate est, dominica vel patria, quamdiu quidem res penes furem hunc manet, nec ab eo in alium translata fuerit, *l. 15. ff. de adquir. poss.* aut manumissus eandem amplius non contrectat *l. 17. §. 1. ff. de furt.* Quamvis enim tales revera furtum faciant, & res etiam ab eis subtracta in causam furtivam incidat, ut in Disputat. Dn. Præsidis *de vitio Furtivit. th. 10. ex §. 12. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.* ostensum fuit; quia tamen quamdiu res in ipsorum potestate est, Dominis rei eand. per eos utique adhuc possidet: cum proprii nihil habere aut possidere suo nomine queant, Jure ita disponente, *l. 49. §. 1. ff. l. 1. §. 5. ff. de acq. poss. add. l. 79. ff. de acquir. hered. §. 3. Inst. per quas person. nob. acq.* Idcirco rei talis possessio nec à Domino amissa, nec à servo vel filio acquisita dici potest. *d. §. 3. l. 44. §. 1. l. 34. §. fin. ff. de adquir. poss.* multò magis ergò acquisita possessio per easdem retinetur, ut argumentatur Cajus *in d. l. 15. de acquir. poss.*

1. In servo fugitivo, *d. l. 15.* qui utut fugiendo sui furtum faciat, *l. 60. de furt. l. 1. C. de serv. fugit.* & sic sui possessionem quoque Domino intervertere videbatur. per ea, quæ in præced. dicta; sui tamen possessionem domino intervertere nequit; vid. Dn. Tab. *racem. 4. p. 136. th. 39.* cùm lege constitutum sit, servorum nequitiam in iis, quæ lege provideri possunt, dominis damnosam esse non debere. Sichard. *ad l. 1. in fin.* Uti ergo aliarum rerum possessionem Dominis intervertere nequeunt servi: ita nec suam quidem possunt, inquit, JC. in *d. l. 15.* imò nec sui furtum, nisi impropriè, faciunt; & ad effectum usucapionis id ita fingitur, ne ipsi ab aliis possessi usucapiantur. *d. l. 1. C. de serv. fugit.* Dn. Tabor *d. l.* Dn. Brunnem. *ad d. l. 1.* Aliàs domini per servos in fuga constitutos possessionem rectè adhuc, modo ab aliis non possessi, acquirunt. *l. 1. §. 14. ff. de acq. poss.* add. *l. 15. ff. de public. Act. & ibi Gothofr. in.*

IV.

Possessionem ergo veram, naturalem, cùm contrectando rem consequatur, & civilem, si eam animo Domini detinet, fur in re furtivâ consequitur: sed injustam. *l. 2. junct. l. 1. in f. ff. uti possid.* & vitiosam *l. 13. §. 1. & fin. ff. de adquir. poss.* Dn. Tab. *in racem. Ind. LL. pag. 196.* vitium ex re, *§. 2. junct. §. novissimè. I. de usuc.* & persona, *l. un. C. de usuc. pro. dot. l. 2. §. 11. ff. pro emt.* habentem: quam ita etiam, quia exordium ei bonæ fidei ratio non tuetur, *l. 11. de divers. tempor. præscr.* ad successores suos transfert. *l. 11. C. de acquir. poss.* emolumentis & commodis plerisque, quæ justam possessionem aliàs sequuntur, *§. 4. Inst. de Interd. tt. Inst. & ff. de usuc. l. 15. pr. qui satisd. cog. §. si quis à non Domino. 36. Inst. de rer. div. §. 2. Inst. de Offic. Iud.* de quibus pluribus Biecius *in R. Q. sect. 3. th. 167.* carentem. Vid. Barbos. locupl. *voc. titulus. axiom. 5.* *Possessio hac Injusta est & sterilis regulariter.*

Neque enim ad usucapionem proficit, licet ei, cui surrepta res est, in usucapiendi conditione noceatur, ut supra dictum; neque fructuum commodum permittit possessori: nisi quòd ex re furtiva conceptum & natum apud b. f. possessorem ab eo perceptione acquiratur, uti *in d. Disp. de vit. Furt. th. 31. & 36.* dictum. Quin etiam si ipsi furi res furtiva ab alio furto iterum subtracta fuerit, ejus rei nomine nec actionem furti habet. *l. 14. §. 4. l. 76. §. 1. ff. de furt. junct. l. 134. §. 1. de R. I. & l. 4. §. 13. de dol. mal. exc. c. 3. & 8. X. de Except.* Vultej. *in Comment. ad §. 1. Inst. de Oblig. quod ex del. nasc. n. 39.* Bonifac. *tract. de furt. §. possessionisve. n. 22. & seq.* nisi in uno atque altero casu, *ex l. 48. §. 4. & l. 12. §. ult. ff. de furt.* notato à Vultejo *in d. l.* & post eum à Dn. Tab. *in racem. 2. th. 77. & seq.*

& in

Except. *& in Ind. LL. ad dd. ll.* nec aliam aliquam actionem ad rem repetendam. Vultejus *d.l.n.41* Præstat tamen nihilominus hoc eid. possessio ista, ut in ea contra adversarium inquietantem, à quo non possidet vitiosè, interdicto utrubi tuendus sit. *tt. ff. utrub. & ibi DD.* §. *4. Inst. de Interd.* Præterea ex ista possessione & hoc commodum fluit, quod in actorem, rem illam repetentem, non minus ac rei alienæ possessio, rejiciat onus fundamentum institutæ actionis probandi: in rei quidem vindicatione dominium, *per l. 24. ff. de R. V. l. ult. l. 4. C. de Edend. l. 23. C. de probat.* Ord. Cr. *art. 209.* in condictione autem furtiva, (quemadmodum & in rei vindicatione, si exceptio præscriptionis s. usucapionis, uti aliàs potest. *l. 7. C. de her. pet. tt. C. de long. temp. præsc.* Wesenb. *π. de R. V. n. 10.* à Reo convento opponitur. *d. Ord. Cr. art. 209.*) rem, quæ petitur, furto subtractam fuisse. *DD. ad l. 1. ff. de Cond. furtiv. ex* Wesenb. *π. eod. n. 4.* Rovestrunck. *in medit. ædilit. lib. 1. c. 4. in fin.*

Quid juris circa Rem Furtivam si de ea, ubi sit, non constet? Rei furtivæ Inquisitio consideratur 1. ut Instituenda. Facultas hæc unde. Olim?

V.

Cum igitur rei possessio per furtum intervertatur, nec à Jure Domino conservetur, sed ab eo recuperanda sit ipso facto; videndum nunc quid Juris circa Rem Furtivam obtineat 1. si de ea, quod plerunque fieri solet, arg. *l. 1. pr. ff de furt.* §. *2. Inst. de Oblig. quæ ex del. nasc. l. 6. de acquir. poss.* M.Steph. *ad ord. Cr. d. art. 209.* ubi sit, non appareat.

Hîc verò distinctè procedendum. Et 1. quidem si fur præsens non est, ut sic ex ejus confessione, vel aliàs, de hoc constare nequeat, inquisitione rei furtivæ opus erit. Quæ consideranda venit, tum ut *instituenda* tum ut *instituta*. *Illam* quod attinet, sciendum est, quòd hodie inquisitio Rei Furtivæ omnis fieri debeat Magistratûs permissu, & sic publica authoritate. Id quod initio in Rep. Romana, cum furta per lancem & litium inquirerentur, Juris etiam fuisse ex Gellii *l. 12. c. 3.* notavit Vultejus *in comment. ad* §. *1. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. n. 10.* qui ex eo ait, litium significasse, illam inquisitionem Magistratûs authoritate fieri; quia magistratibus ministrantes litio adverso cincti fuerint. A quo tamen more subsequentia tempora recesserunt, &, non expectato etiam aut impetrato Magistratûs permissu, cuilibet furtum passo alienas ædes, testibus adhibitis, hujus gratiâ intrandi facultatem concessêre, §. *4. Inst. eod. & ibi DD. Comm.*

Postea?

Sed ut hic mos postmodum fatente Imperatore *in* §. *4. vers. sed hæ*: regulariter, Schneidw. *ad d.* §. *4. n. 2.* in desuetudinem abiit, & ex justissimis quidem causis, quas ex *l. 18. de in Ius voc. l. 23. de injur. l. 13.*

in fin. eod. l. 2. pr. vers. quid enim tam durum. C. quand. & quibus quart, pars. recensent *ad d. §. 4.* Schneidw. *n. 2.* Harpprecht. *n. 24.* & alii. ut ita nemini amplius privata authoritate rem furtivam apud aliquem, sive in ædibus ipsius, sive in vestimentis, inquirere liceat, ne occasio etiam sit tumultûs faciendi, contra *l. 176. pr. ff. de R. I. l. 14. C. de Iudæ.* Ernest. Cothm. *2. R 70. n. 61.* Quam opinionem communem esse & de stylo servari tradit Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. furtum. n. 3.* Dn. Tab. *in rac. 3. th. 8.* Dn. Brunnem. *ad l. 2. C. de serv. fugit.* Et si quis tale quid invito Domino auderet, in eum injuriarum actio parata foret, *l. 23. de Injur. junct. l. 3. §. 1. de A. R.* D. Harpprecht. *ad §. 1. Inst. de Injur. num. 54* Besold. *in Comment. ad Ordin. Provinc. Würtembergic. fol. 208. n. 15.* Publica authoritate hoc itaque permissum est. Quæ sententia valdè quidem controversa, in praxi tamen receptior dicitur à Wehner. *in observ: pract. voc.* Haußsuchung. Cui refragari Domino aut inhabitatori ædium non esset extra pœnam. *l. 3. ff. de fugit.* qui textus licet de servorum fugitivorum inquisitione loquatur, ad Rerum tamen Furtivarum inquisitionem à DD. extenditur. Scotan. *in Exam. Iurid. tit. de fugit.* Dn. Struve *π. de fugitiv. th. 52.*

VI.

Ex quibus causis concedatur?

Neque tamen Magistratus facultatem hanc promiscuè ad quamlibet implorationem concedit, sed tunc demum, si ea munita certis, & verisimilibus indiciis suspicionem injiciat Judici. Harpp. *ad d. §. 4. n. 24.* Dn. Tab. *ind. racem. 3. th. 8.* eamque vehementem. Rittersh. *in comment. ad d. §. 4.* quam indiciorum qualitatem si non intelligit M. Berlichius *in p. 5. Concl. 45.* quando *n. 24.* admittit hanc perquisitionem, die Haußsuchung / ut vulgò vocant, si quædam appareant indicia; bis ibidem peccasse videtur, nempe tum in hoc, tum in eo quod quæstionem de facultate perquirendi propositam ita decidit, ut eandem etiam sine indiciis concedat. Idem tamen suspicioni contra vicinos tantam vim ibid. ex Jasone & Ægid. Boss. tribuit, ut eos, si sint malæ famæ & conditionis, etiam torqueri posse asserat. Hoc quidem admitti potest, quòd si levia sint indicia, atque jurejurando firmetur suspicio, officium judicis denegari petitæ inquisitioni non debeat. & ita docet Martha *in ff. noviss. 5. 8. de furt. c. 21.* De his autem indiciis, cùm DD. in plurali numero loquantur, unum tantùm non sufficiet. *l. 12. ff. de testib.* Rationes verò eædem indiciorum præsentiam requirunt, quæ privatam perquisitionem sustulerunt. Sunt non pauci, & præter Alciat. Clarus, Gerhard. & Schulz.

An & sine præviis indiciis?

quos nominat Dn. Tab. *in d. l.* (plures adhuc enumerat ejusd. opinionis Harpprecht. *d. l.*) qui *per l. 6. inf. C. de Metall. l. 6. inf. C. de aqued.* statuunt, Judicem etiam sine præviis indiciis civium ædes perquirere posse, quando publica id exigeret utilitas; quod etiam docet Martha *in ff. novis. d. l.* aut causa esset publica. Dn. Brunnem. *d. l. 2.* Quæ doctrina quamvis *in dd. ll.* in specie non fundetur. Vid. Dn. Tabor. *d. l.* non tamen à Juris analogia abhorrere videtur; interest enim Reip. ne delicta maneant impunita. *l. 51. §. 2. ff. ad L. Aquil.* Besold. *in thes. pract. voc.* Haußsuchung. Quam prudenter in hoc ipso in Serenissimo Veneto Dominio versari moris sit, tradit Bonifac. *tr. de furt.* §. *contrectatio. n. 84.* cujus prudens ac pium ad Judices monitum, ne affectibus suis aut imprudentiæ (malum laxatis quasi habenis hoc seculo, plerunque sub religionis, pietatis ac justitiæ, colore grassans!) honestorum Civium famam & existimationem expositam & suppositam esse censeant, annectere placet: ita autem ait: *Cum existimationi hominis probi & honesti officiat etiam furti suspicio, & ille non videatur carere hac suspicione, in cujus domo res furtivæ perquisitæ fuerunt, hortor judices, ut non facilè in ædibus honestarum personarum has perquisitiones concedant: & tantò minus sunt concedendæ, quia non convenit, Patrisfam. secreta domûs propalare: & grave admodum, & præjudiciale sit, vel paupertatem honesti viri detegere, vel divitias invidiæ & periculis exponere, ut inquit lex. meminimus. 2. C. quand. & quib. quart. pars. l. quosd. 6. C. de metall. l. 2. C. de alim. præst.*

Monitum de hac prudens.

VII.

An Imploratione opus?

Conceditur autem hæc facultas factâ ab eo, cui furtum factum, imploratione officii judicis; sine qua ipse Magistratus in Rem Furtivam regulariter non inquirit, cum Jus partis hæc concernat: cui ipsa tacendo renunciasse creditur. In qualibus causis non nisi imploratus officium suum impertitur. *l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. & ibi Gotofr. in not.* Quodsi tamen ex officio, uti potest. Ord. Crim. art. 211. inquirere vellet, ut de furto tantò magis constaret ad effectum ex officio furem puniendi, de quo in Ord. Cr. *art. 214.* tunc imploratione nullâ opus. add. *l. 2. de Iurisd.* Debet autem observari usitatus inquirendi modus. Neque enim aliter olim fieri poterat, quàm lance & litio, cæterisque solennitatibus adhibitis. de quibus Ræward. *ad LL. 12. tabb. c. 26.* ita differit: *Moris Decemvirorum temporib. fuisse videtur, ut si quis in alicujus ædibus furtum vellet quærere, illud faceret nudus, litio cinctus, & lancem ante oculos*

Inquisitionis Modus Approbatus. Olim.

te-

tenens, juratusque Deos Legum custodes, sese reperiendi spe furtum quærere. Et tunc quidem alter ille, apud quem furtum quærebatur, domum suam ei, qui furtum quærebat, aperire, & in obsignatis & non obsignatis locis liberam furti inquirendi potestatem facere cogebatur. Postea verò ubi mos ille in desuetudinem abierat, non aliter, quam testibus præsentibus hoc facere licebat. d. §. 4. Hodie familiam suam h. e. apparitores & justitiæ ministros mittit Judex ad Res Furtivas requirendas. Schneidewin. *d. l.* unà cum eo cui furtum factum. *arg. l. 3. ff. de fugit.* Quod posterius tamen non ubique, ne scandala sequantur, observatur. uti hoc de Ducatu Mediolanensi post Jul. Clar. *d. l. n. 3.* testatur Bonifac. *d. l. n. 13. in fin.* & ex Boër. Joh. Papon. Alciato & aliis notavit Besold. *in thes. pract. voc.* Haußsuchung. Hic verò modus observatur, quando in certa individua indicia adsunt. Talia verò ubi desunt, moris est, ut edicta publica proponantur & literæ monitoriæ, quibus sub pœna Rem Furtivam habentibus imponitur, ut eam indicent. Jul. Clar. *d. l. n. 4.* Dion. Gotofr. *in not. ad Schneidew. d.* §. *4. 4.* aut etiam in templo Judex aditus rem proclamari faciat. Besold. *in Comment. ad Ord. Provinc. Würtemberg. fol. 208. n. 16.* Hic modus autem in subsidium & quando veritas aliter haberi non potest, frequentatur. Andr. Vallens. *π. Jur. Can. de Furt. §. 1. in fin.* *Hodie.*

VIII.

Cæterum magicis & superstitiosis artibus pervestigandi Res Furtivas viam Jura semper præcluserunt, *arg. l. unic. C. de thesaur.* Quin imò qui in Crystallo, in speculo vel vitro polito Dæmonem interrogantes de rebus furto amissis consulentibus respondent, à Criminalistis ad secundam Magorum classem referuntur. post Petr. Theodor. Paul. Chirland. Martin Del-Rio Dn. Carpz. *in pr. Cr. q. 50. n. 37.* quorum pœna in Ordinat. Crim. Artic. 109. Judicis arbitrio committitur. Add. *l. 5. & tt. C. de Malef. & Mathem.* Perez. *C. eod. n. 7. & 8.* Ipsi etiam qui ariolos hujus rei gratia adeunt & consulunt, cum illicitam omnino rem agant, utut bonum videantur habere finem, arbitrariâ pœnâ puniuntur, docente quoque Dn. Carpz. *d. l. n. 64. ubi n. 66.* hanc à D. Jacob Tomingio conceptam in hanc rem sententiam refert: So gemeldter Richter mit Recht überwiesen werden möchte/daß er die Zauberin umb Ursach seiner Kranckheit/ oder sonst etwas durch Zauberey und Teuffelskunst zu melden/ angelanget/ so würde er dardurch anrüchtig und seines richterlichen Ampts untüchtig gemacht. V. R. W. Quam pœnam pres- *Rejectus.*

bytero cuidam, qui, ut inspectione astrolabii furtum cujusdam Ecclesiæ posset recuperari, ad privatum locum cum quodam infami accesserat, dictavit Alexander III. Pontifex, videri potest *in C. 2. X. de sortil.* ubi de eo ita quoque sentit: *Licet hoc ex bono zelo & simplicitate se fecisse proponat, id tamen gravissimum fuit, & non modicam inde maculam peccati contraxit.* Hi verò modi uti sunt detestandi; ita è contra suam merentur laudem, qui cum ingenio & sagacitate Res Furtivas in apricum proferunt. cujus rei exemplum memorabile de Rudolph. I. Imp. Noribergæ agente refert Justus Oldekop. *Observ. Cr. tit. 2. observ. 38. n. 1.* alia quoque similia *in nn. seqq. 2. 3. 8. 16. 17. & 18.*

Inquisitionis Rei Furtivæ Finis.

IX.

Sed ut revertar ad inquisitionem in ædibus, quoad *Finem* illius id probè observandum Judici, ut fiat rei furtivæ detegendæ gratia, non verò ut inserviat æmulationi, curiositatis privatæ aut diffamandi studio, invidiæ, odio aut libidini. Quem alienum finem ut evitent, hinc inde judices dominum Rei Furtivæ unà ad requisitionem non admittere jam dictum est. Veneti eum, si affectaverit, admittunt, sed non sine juramento. Bonif. *d. tr. n. 84.* Quod tamen regulariter apud nos non observatur, nisi Judex aditus tale quid suspicetur; tunc enim Juramentum calumniæ ei deferre potest. Dn. Tab. *in d. Racem. 3. th. 8. in fin.*

Inquisitio Rei Furtivæ consid. ut II. Instituta *& ita quatenus Rei Furtivæ* Deprehensa

X.

I. *ap. Furem. ubi respic. Deprehensionis* I. Tempus & Locus *ex qua Furtum vel* Manifestum. *Hujus* Requisita *ex parte* I. *Subjecti.*

Si ergò Res Furtiva, factâ ejusd. inquisitione, aut si etiam aliàs, *deprehensa* fuerit, & I. quidem *apud furem*, alia consideratio esse potest circa deprehensionis tempus & locum; alia verò circa rem ipsam deprehensam. *Tempus & locus* conjunctim efficiunt cum ipsa rei deprehensione, ut furtum dicatur, & habeatur ac puniatur, ut manifestum. Etenim quandocunque fur deprehenditur ἐπ' αὐτῷ φώρῳ, h. e. cum furto, ut loquitur Ulp. *in l. 3. ff. de furt.* seu Re Furtiva, antequam pertulit, quò destinavit eo die cum furto manere, wann er in frischer handhaffter That ergriffen worden/ manifestus fur est, *§. 3. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. l. 3. & seqq. l. 34. & seq. eod.* quem terminum die handhaffte That exponit Jus Saxon. *tit. 1. art. 35.* vid. Joh Zanger. *de Except. c. 9. n. 9.* ubi tamen requisita omnia ad manifestum furtum constituendum necessaria probè attendenda sunt. Et quidem requisitum I. *Subjecti deprehensi*, ut ipse fur sit, qui deprehenditur, *d. l. tt.* Quamvis ergò si fur nescienti dederit Rem Furtivam, hic ipsâ cum deprehensus fuerit, furtum tamen manifestum tunc non erit: tum quia qui cum Re Furtiva

de-

deprehensus est, fur non fuit; tum quia fur, qui fuit, non est deprehensus, *text. expr. in l. 35. pr. ff. de furt.* 2. *Objecti*, ut cum ipsa re furtiva deprehendatur, *d. l. 3. pr. l. 5. pr. & §. 1. l. 6. ff. de furt. d. §. 3. I.* Non ergô si fur tantùm deprehenditur in conclavi, quod furandi causâ introiit, si nihil adhuc contrectavit, *l. 21. §. 7. ff. de furt.* nam ne fur quidem tunc erit, nedum ut manifestus fur dici queat, *d. l.* & propterea furti conveniri non poterit, sed vel injuriarum, si invito domino introiit, per *l. 23. ff. de injur.* aut si per vim introiit, de vi accusari poterit *d. l. 21. §. 7.* aut aliàs etiam criminaliter adversus eum agi. *l. 7. ff. de extraord. Crim.* Dn. Tab. *in Racem. Ind. Leg. ad d. l. 21. §. 7.* Dn. Carpzov. *in I. F. p. 4. c. 32. d. 20.* Quod si verò rem contrectasset jam, eaque, cùm quis ad eum comprehendendum accurrisset, abjectâ effugisset, tamen manifestus esset, *l. 7. §. 2. ff. de furt.* quia verum est, eum cum Re Furtiva deprehensum esse. Itaq; manifestus fur non erit, si cum precio ex Re Furtiva redacto deprehensus fuerit. Aliud enim Res Furtiva est, aliud ejus precium, *l. 48. §. fin. ff. eod.* aut si deprehensus fuerit, re furtiva jam alibi occultatâ. *arg d. l. 7. §. pen.* Idem est si post furis deprehensionem res ab eo occultata protracta fuerit. 3. *Modi*, ut adprehensus fuerit, *d. l. 3. §. 2.* aut deprehensus cum Re Furtiva, *d. l. 7. §. 1. d. l. 3. & seq. de furt.* ut facta fuerit deprehensio corporali manuum injectione. In potentiori namque significatu id verbum hoc denotare extra dubium est. Quanquam etiamsi ad illud usque punctum deprehensio non pervenerit, si tamen deprehendendi animus & conatus se vel in accursum, vel etiam in acclamationem exeruit, sufficiet. *d. l. 7. §. 1. & 2.* Quod posterius ita exprimitur in Ord. Crim. art. 157. ibi: So er nicht mit solchem Diebstal beschryen/ berüchtiget/oder betretten würde. Et art. seq. ibi: So er betretten wird/ oder ein Geschrey oder Nacheyl machte. Dn. Habn. ad Wesenb. *de furt. n. 8.* Sola ergo visio metu occupata, in talia se non exerens, sufficit minimè, *d. l. 7. §. 1.* non obst. *§. 3. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc.* ibi: visus vel deprehensus fuerit. Ad quam respondit Dn. Tabor *in Racem. 2. tit. 17.* Qualem visionem si intelligit Albericus adductus à Dion. Gothofr. *in not. ad Schneidew. §. 3. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. lit. a.* contra apertum textum *d. l. 7. §. 1.* sentit. Add. Dn. Ludw. *ad d. §. 3. Inst. eod. n. 2.* Harppregcht. ad *d. §. 3. n. 3. & seqq.* 4. *Temporis*, ut fiat eo die, quo furtum factum, *d. l. 4.* quem ipsum JC. appellant furti initium, *in l. 6. ff. eod.* originem, *in l. 7. pr. eod.* Sequenti ergo die cum re furtiva deprehensus manifestus haud erit. Gothofr. *in not. ad*

2. Objecti.

3. Modi.

4. Temporis.

d. l. 4. c. Bonif. *d. tr. de furt.* §. *contrectatio. n. 30. pag. 149.* cùm, ut in flagranti & nondum pernoctato, ut loquitur Justus Oldekop. *in tr. 21 contra Carpzov. quaest. 9. p. 227.* crimine deprehendatur, requiratur. .

3. Loci. 3. *Loci*, ut ante locum, quo perferre eo die destinavit, hæc omnia fiant, *d. l. 4. d.* §. *3.* ehe er mit dem Diebstal an seine Gewarsam kompt. Ord. Crim. *art. d. 157.* & seq. Ut ut ergo ipse fur cum re furtiva, corporaliter etiam, & ipso quidem furti die, deprehendatur, manifestus tamen non erit, si hoc ultimum deficiet requisitum, *l. 5.* §. *1. ff. de furt.* Dn. Hahn. ad Wesenb. *d. l. n. 8.* actio namque furandi tunc, quantum ad hunc effectum, finem jam habet. Id. *d. l.* Dn. Tab. *Racem. Crim. 2. th. 15.* Conf. Bonif. *d. l. n. 31.* Nihil autem refert ratione 1. Subjecti deprehensi, sive ipse fur sit, sive furis auxiliator tantùm; nam hic manifestus erit, & si fur ipse propriè non sit; ille verò non manifestus, etsi fur verè sit, *l. 35. pr. ff. de furt.* 2. Subjecti deprehendentis, an is sit, cujus res fuit, an alius aliquis, *d. l. 3.* §. *1.* vicinus aut quilibet transiens *d. l. 7.* §. *fin.* 3. Loci, publicus sit an privatus. *d. l. 5. pr.* ipse locus furti, an alius. *d. l. 3.* §. *2.*

Ampliationes. 1. 2. 3.

XI.

vel nec manifestum. E contra si fur cum Re Furtiva ita deprehensus non fuerit, sed alio modo factum ejus manifestabitur, nec manifestus fur erit. *d.* §. *3. l. 8. ff. de furt.* Quæ sit autem ratione pœnæ inter utramque furti speciem insignis in Jure Justinianæo differentia, tradunt DD. *ad* §. *5. Inst. eod.* Add. §. *18. 23. 25. & seq. Inst. de Act. l. 50. pr. ff. de furt.* In genere id sciendum est, quod deprehensio hæc furis cum Re Furtiva coërcitionis intensionem exigat. Dn. Tabor *in racem. ad Ord. Cr. art. 160. n. 9.* scil. ob majorem, quam præ se fert, impudentiam is, qui palam furatur. Wesenb. *π. de furt. n. 14.* Schneidew. *ad* §. *ult. Inst. de Oblig. quæ ex del. n. 4.* An autem post sanctiones Criminales ad hanc differentiam judici adhuc attendendum sit? diversæ sunt DD. sententiæ. Etenim Jod. Damhouder. *in prax. Crim. c. 110. n. 50.* quem sequitur Dn. Carpz. *in prax. Crim. quæst. 78. n. 8.* & alii hujus divisionis non magnam amplius rationem haberi existimant. Georg. Schultz. *in synops. Inst. ad tit. 1. lib. 4. lit. b.* usum ejus adhuc ad pœnam leniendam vel exasperandam esse arbitratur. Jul. Clar. *lib. 5. sent.* §. *Furtum n. 16.* quadrupli pœnam hodie non esse in consuetudine scribit. Verùm quod per sanctiones criminales & ad dupli & ad quadrupli pœnam in casu quidem furti modici; & ad leniendam & ad asperandam pœnam in casu furti ma-

magni hæc distinctio adhuc pertineat, constat apertè ex Ordinatione Criminali *art. 157. 158. & 160. & DD. ad eosd.* Dn. Ludw. *disp. Instin. 15. th. 2. l. 1.* Latè Dn. Tab. *in racem. ad d. art. 158. th. ult.* Add. Besold. *in de l. ex l. 47. π. quæst. 2.* Ad quam sanctionem utique recurrendum erit, si de contraria consuetudine alicujus provinciæ non apparet.

XII.

Circa *Rem Furtivam ipsam*, ubi deprehensa, Judex considerabit tum ejus quantitatem, tum qualitatem, quantum ad pœnæ determinationem. *Quantitatem* enim quod attinet, prout Res Furtiva erit magna aut parva, furtum quoque tale censebitur, & pœna quoque major & minor erit, secundum criminales constitutiones. *Magni valoris* rem furtivam eam esse, in Imperio Romano: (alibi enim judicis arbitrio committitur, Ludov. Peguera. *quæst. Crim. 26. n. 7.* alibi aliter terminatur:) dicunt, quæ ipsa, aut cujus æstimatio summam 5. florenorum ascendit, & sine dubio quæ excedit. Wann der Diebstall fünff Gülden wehrt oder drüber. *Ord. Crim. artic. 160. junct. artic. 157. & 161.* Etsi enim sunt, qui excessu tantùm quinque aureorum eand. & quod inde dicitur, furtum, describunt, quod & facit Dn. Carpz. *in p. Cr. q. 78. n. 20.* ad mitiores tamen peculiares Provinciarum nonnullarum Constitutiones, quæ ab asperiore furti pœna recedere nonnihil quæsiverunt, id referendum magis esse, jam satis clarè docuit Dn. Tab. *in rac. ad Ord. Cr. art. 160. n. 4.* qui idem *ad artic. 157. th. 17. & seqq.* solicitè evolvit, quæ circa vocem Gülden notanda erant. Ubi tandem ex Bocero, *de pœn. furt. d. 1. n. 57. &* Carpz. *d. q. 78. n. 26.* concedit mitiorem illam vocis istius interpretationem, quâ pro aureis Hungaricis hinc inde statutis accepta est, alibi quoque, *arg. l. 42. de pœn.* receptam esse. Idem tradit Schneidw. *ad §. ult. Inst. de obl. quæ ex del. n. 7.* *Parvi valoris* Res Furtiva (& sic furtum parvum) est, quæ est infra illam summam. *Ord. Cr. d. art. 157.* gravius enim est delictum in magna re commissum. Farinac. *prax. Crim. p. 1. quæst. 18. n. 96.* In determinanda autem ex quantitate Rei Furtivæ pœna furti asperiore ad illam, ex valore ejus & communi æstimatione, lege determinatam quantitatem Judici omnino respiciendum est; non verò ad alias circumstantias, monente Dn. Carpz. *d. quæst. 78. n. 16. & seqq. maxime 19.* Cæterùm, quæ circa ipsam hujus generis furtis legibus dictatam pœnam moventur quæstiones, passim apud DD. *ad d. §. 5. Inst. de Obl. quæ ex delict. nasc. & ad Ordin. Crim. artic. 157.* &

2. *Respicienda Rei Furtivæ deprehensæ* & Quantitas.

& seqq. obvium est. Confer Besold. *in delib. d. 1. & quæst. 4* Berlich. *p. 5. Concl. 43.* Add. Dn. Richter. *part. 2. decis. 93. n. 11.* Ita an Fur pro furto parvi valoris torquendus sit, discutit Ludov. Peguer *quæst. Cr. 16.* De Furto Rei minimæ agunt DD. *ad §. 16. Inst. de Rer. Div.* Zoës. *in Comment. X. de furt. n. 2.* Dn. Brandmyler. *in manud. ad Ius Can. voc. furtum. pag. 118.* An quantitas Rei Furtivæ sola faciat infligi pœnam capitalem? tradit Dn. Tab. *in racem. pag. 486. n. 8. d. pag. 500. n. 12.* & quatenus augeat peccatum? Zoës. *d. l. n. 3. 4.* An æstimatio furti facienda in Re Furtiva, an ex lucro quod ad furem pervenit? Dn. Carpz. *prax. Crim. q. 78. n. 51. & seqq. & in I. F. p. 4. C. 32. d. 2.* Item an Fur eximendus suspendio propterea, quòd rem Furtivam alius quispiam ipsi furto subtraxerit? Idem. *d. I. F. p. 4. c. 32. d. 3.*

& Qualitas. I.

XIII.

Qualitas quoq; Rerum Furtivarum ad pœnarum diversitatem suum habet momentum, prout quædam ob singularem rationem à regula communi exemptæ, earumque furta aliis atque aliis notata sunt pœnis; uti videri potest de furto rerum sacrarum ad *§. 9. Inst. de publ. Iud. & tt. ff. & C. ad L. Iul. pecul.* pecuniæ publicæ profanæ *dd. tt.* tigni juncti jam, *§. cum in suo. 30. Instit. de rer. div. & tt. ff. de tign. junct.* arborum, *tt. ff. arbor. furtim Cæs. Ord. Crim. art. 168.* pecorum, *tt. ff. & C. de abig.* Ludov. Peguer. *quæst. Crim. 29.* piscium, *Ord. Crim. artic. 169.* frugum, *Ord. Crim. artic. 167.* lignorum, *Ord. Crim. artic. 168.* rerum, quæ circa cadavera in sepulchris sunt, *in tit. ff. de sepulchr. violat.* & ap. Berlich. *5. concl. 47.* aut punitorum. Id. Berlich. *d. l. conc. seq.* & similium. De qua Rerum Furtivarum qualitate hæc sunt verba Carpzovii *in prax. cr. quæst. 83. n. 1. Sæpius accidit, ut qualitas rei surreptæ delinquentem à supplicio suspendij liberet, vel ex speciali Iuris dispositione; vel quod peculiare crimen inducat, vel quod delicti corpus incertum reddat. Quandoque etiam animum furandi ipsumque furtum immutet.* Add. Simon van Leuwen *in Cent. forens. lib. 5. c. 29. n. 11.*

Quæstio de Foro deprehensionis Furis cum Re Furtiva. Sententia de eo diversa. 1.

XIV.

An fur deprehensus cum re furtiva in alio territorio, quam ubi furatus est, ejus loci Iurisdictioni ita subjiciatur, ut forum ibidem propter delictum hoc sortiatur? acriter inter Criminalistas, non ita tamen hujus seculi, disceptatum fuit. Et propter novam quidem rei furtivæ contrectationem ibi factam quæ juxta *l. 6. de furt.* novum quoque constituat crimen, forum eundem ibi sortiri tenuit Bartolus *ad l. si dominium. n. 2.*

ff. de

ff. de furt. Cujus sententiam tanto numero secuti sunt Dd, ut teste *Nicolao Boërio* in praxi communiter servetur; imò, juxta tradita Pauli de Castro, per universum orbem practicetur, Assessoresque ac Judices eam pro Evangelio habeant. De qua communi opinione plures alios adhuc testari tradit, eamque suo calculo confirmat ex d. ratione Ludov. Peguera *quæst. Crim. 28. n. 2. & seqq.* & secundum eam quoque in Regio Criminali Concilio Cataloniæ conclusum fuisse, n. ult. refert. Quam sententiam etiam approbat Nicolaus Carbo *in pract. pract. lib. 1. c. 7. n. 70.* Sunt tamen alii quam plurimi, qui rejecta ista ratione hujus sententiæ & veritatem, & æquitatem, & communem approbationem, ita in dubium vocarunt, ut ab ea etiam recesserint: prout videre est apud ejusd. defensores Farinac. *pract. Crim. p. 1. q. 7. n. 7.* Bonif. *d. tr. de furt. §. contrectatio. n. 16. & seqq.* qui hanc quæstionem latissimè in utramque partem pertractant, & plures in eam Authores citant. Malunt autem iidem statuere, meliùs dici, furem talem ejici deberi de loco & liberè dimitti. Et ita Mediolani, sæpissimè servatum ex Julio Claro probat Farinac. *d. l.* Et sic hoc ipsum sine dubio statuunt omnes, qui Reum in foro deprehensionis nec accusari, nec adversus eum inquiri posse, si nec domicilii, nec originis ratione inquirenti subditus sit, ex Clem. *Pastoralis vers. item & ibi. de sentent. & re judic.* defendunt: quorum haud pauci sunt, & inter eos etiam ex recentioribus. Perez. *C. ubi de Crimin. num. 5.* Diod. Tuld. *C. eod. in fin.* Verùm, cum ex Juris veritate constet, quod in delictis, ubi ex iis criminaliter agitur, forum deprehensionis sit commune reorum, non tantùm Vagabundorum, licet horum maximè, forum, *per l. 1. C. ubi de Crim. agi oport.* & ibi Dn. Brunnem. ac DD. *communit.* adeò, ut fugitivi & vagabundi de incompetentia ejus nullatenus excipere queant: & bono Magistratui incumbat in id incumbere, ne delicta maneant impunita *l. 51. § 2. ad L. Aquil.* & ut malis hominibus Respublica purgetur, *l. 13. pr. de off. præsid.* Vultej. *ad d. l. 1. n. 40.* Wesenb. *tr. de Judic. n. 16. & ibi.* Dn. Hahn. Franzk. *tr. de Judic. num. 42.* Matth. Coler. *de process. exec. p. 2. c. 1. n. 28.* de illa Bartoli opinione tantò minùs Judici dubitandum erit, quantò Justitiæ & æquitati propior. quam latissime etiam defendit Matth. Berlich. *d. 5. concl. 45 n. 42. & seqq.* Quam & ante quadriennium adversus duas illas famosas criminis hujus in hac urbe reiterati Reas sorores in vicinia exercitam vidimus. Quinimò quemlibet loci talis Judicem ad inqui- *Cui accedendum?*

fitionem & coërcitionem delicti, & sub poena quidem, obstrictum esse, pluribus demonstrat Dn. Carpzov. *in prax. Crim. q. 110. num. 72. & seqq.* qui *num. 76.* Dnn. Lipsienses in hanc rem Johanni à Welfersdorffen ita respondisse refert: Ob nun wohl dieser Diebstall in letzerwehntes Raths zu Gera Gerichten / allda Inquisit betretten worden / nicht geschehen / so seynd sie doch Ambts und Gerichts wegen / wofern sie in dessen Verweigerung sich ihrer Gerechtigkeit nicht verlustig machen wollen / sich über den gefangenen Ubelthäter/damit die Mißhandlungen und Ubelthaten nicht ungestrafft bleiben mögen / auff ihre Unkosten deß Rechten belernen / und an demselbigen die zu erkandte Straffe gebührlichen vollstrecken zu lassen / schuldig / und solche Rechtfertigung euch (Judici nempe loci, in quo furtum fuerat commissum) wieder euren Willen auffzutringen nicht befugt. V. R. W. Quod ipsum & in paulò ante nominata causa M. nempe Novembri Anno 1663. Inclyta hujus Universitatis Facultas Juridica in responso quodam ex naturali, Gentium, & Romano Jure tum Justinianæo, tum Carolino, & ex Imperii Recessibus ita docuit.

XVI.

Disquisitio de Jure Asylorum si ad ea fures cum Re Furtiva confugiunt.

Ex eod. Bartoli fundamento firmiter quoque, quòd fures, si cùm Re Furtiva ad Ecclesiam aut Asyla confugiunt, eorund. immunitate minimè gaudeant, decidi potest, contra Joan. Gutierez. *pract. quæst. lib. 1. quæst. 1. in fin.* & quos ibid. allegat. Etenim quamdiu Rem Furtivam tenent aut contrectant, in crimine continuant, adeoque quovis momento ad hunc effectum id reiterant. *d. l. 6. ff. de furt.* Et sic tales in ipsa etiam Ecclesia delinquere certum est; quam tamen ejusm. delinquentibus immunitatem non tribuere textus est in *c. fin. X. de immun. Eccles.* & in eo omnes convenire ex Didaco docet Jul. Clar. *sent. lib. 5. §. fin. quæst. 30. num. 15.* maxime si, quod hîc fit, sub spe immunitatis ipsius Ecclesiæ in ea delinquunt. Idem Clarus *d. l.* Et hanc sententiam rectè cum Angelo Castrensi *lib. 2. Cons. 459.* defendit Ludov. Peguer. *quæst. Crim. 28. n. 5.* & sequitur cum Castrensi Card. Tusch. *pract. concl. 559. n. 10. F.* Et tantò minus de ea quoque dubitandum, quantò justius & æquius est, ut tranquillitatis publicæ gratia, ne rapinis & Furtis Civium bona, immunitatibus hisce concessis, exponantur, fures, etiam sine Re Furtiva eo confugientes, excludantur, aut extrahantur conducanturque ad carceres Judicis secularis.

quod

quod ita post Harpprecht. Covarruviam & alios, evictum dedit Vir Magnificus, JCtus celeberrimus Dn. Nicol. Myler ab Ehrenbach *in tract. de Iure Asylorum cap. 10. num. 11.* quam doctrinam tamen alii limitant tantum procedere in iis, qui soliti sunt furari, aut famosi sunt fures, vel in Ecclesiis sunt furati. uti videre est apud d. Joan. Gutierez. *d. l. in f.* Cavalc. *lib. 5. decis. 21. num. 5.* qui *n. seq.* inquit, Concilii Tridentini *Sess. 25. cap. 5. & 20.* renovari observantiam immunitatis Ecclesiasticæ secundum Canonum & aliorum Conciliorum decreta.

De Deprehensionis Rei Furti v. (vid. sup. th. 10.) 2. apud eum de quo nondum constat an Fur sit.

XVII.

Hæc hactenus dicta ita se habent cum Re Furtiva deprehensa in respectu ad ipsum furem. Quod si autem Res Furtiva, *quando de fure ipso nondum constat,* perquisita apud aliquem penes ipsum deprehensa fuerit, hæc conceptio olim, longo tempore ante Justinianum, operabatur actionem furti concepti adv. eum, quem penes Res Furtiva concepta erat, etsi is fur non erat: quæ tamen post in desuetudinem abiit, teste Imperatore *in §. 4. Inst. de oblig. quæ ex del. nasc. & DD. ad eund.* In quantum autem hæc conceptio hodie oneret eum, & quousque adversus eum Judex tunc procedere queat, inquirere operæ pretium est. De hoc enim Juris puncto ita scribit Menochius *lib. 5. præsumpt. 29. num. 1. Controversi Iuris est hæc disputatio, & Interpretes nostri satis perplexè eam explicarunt.* Nec subticendum est, non paucos esse, qui liberaliùs nonnihil loquentes tradant, ex Rei Furtivæ penes aliquem conceptione oriri non præsumptionem tantùm commissi furti, sed regulariter etiam indicium ad torturam. inducti & seducti per l. incivilem 2. (ad quem textum suum tractatum de Re Furtiva penes tertium reperta conscripsit Vincentius Carocius.) & l. civile 5. C. *de furt.* per quos textus DD. communiter hoc affirmare docet & per eosd. quoque defendit Farinac. *prax. Crim. lib. 1. t. 5. q. 37. n. 48.* ubi plures citat. Idem sentit novissimè Justus Oldekop. *Observ. Crim. tit. 2. observ. 27. n. 1.* Verùm uti periculosa est hæc assertio. ita Juri etiam minùs congrua videtur & à multis propterea rejecta est. Ita autem circa rem, aliorum Judicio salvo, statuendum puto..

Effectu Olim. Hodie. Quatenus eum oneret Suspicione Furti? Sententia Rejecta.

XVIII.

Veræ Positiones, 1.

1. Conceptio Rei Furtivæ penes aliquem, abstractivè & per se sola considerata, nullam furti aut delicti commissi præsumptionem

versus eum parit, ac propterea nullatenus ad torturam sufficiens potest esse indicium. Besold. *in d. comment. ad ord. Provinc. Würtemberg. fol. 208. num. 15.* Cujus ratio est, quod in dubio, quando actus aliquis indifferenter ad delictum concomitans se habet, ut cum eo & sine eo etiam fieri possit, semper capienda sit conjectura delicti exclusiva. *l. 51. §. 2. ff. pro soc. l. 4. § 12. de vi bon. rapt. c. Estote. 2. X. de R. I.* & per DD. quamplurimos allegatos à Barbos. locupl. *voc. delict. axiom. 16.* Acquisitio autem & possessio Rei Furtivæ quòd æquè bona ac mala fide fieri possit, extra dubium est. Quin imò fures plerunque, ne Rer. Furtivar. possessione prodantur, id agunt, ut easd. in alios, fraudis minimè conscios, alienent; ut sic crebra permutatione Furtivitatis memoria & character in iis deleatur. Et sic sæpissimè fraudis ignari eas comparant. *arg § 2. junct. pr. Inst. de usuc. l. 12. l 14 C. de furt. l. 34. §. 3. ff. de contr. emt.* quia difficile dignosci potest Res Furtiva ab alia hoc vitio carente. *arg. l. 5. ff. de Contrah: Empt.* Perquam ergò durum esset, possessioni Rei Furtivæ soli tam tristem ac durum effectum tribuere. Neque verò etiam hoc, quicquid alii statuant, dicitur *in d. l. 2. & d. l. 5. C. de furt.* Etenim in *d. l.* non rescribunt Impp., negotiatores istos consulentes, per Rerum Furtivarum factam ab ipsis emptionem, incidisse in Criminis suspicionem; sed monent, ut caveant sibi, ne inposterum incautiùs negotiantes non in damnum tantùm incidant: uti sc. jam inciderant, quia ad restitutionem earund. sine precii refusione cogebantur: sed etiam, quod tùm quidem, quia prima vice & sic semel tantùm comparaverant tales res, nondum factum, in criminis suspicionem: cùm ea utique onerentur, qui Res Furtivas emere soliti sint. (Ita rectè hunc textum accipit Sichard. *in comment. Cod. ad d. l. n. 6.*) aut qui aliàs incautiùs emant, forsan nimis parvo precio aut clàm. Vincent. Caroc. *d. tr. de Re Furtiv. penes tert. repert. q. 2.* Nec Alexander Imp. *in d. l. 5.* rescribit, volenti evitare alienam bono viro suspicionem non convenire emisse Rem Furtivam; sed hoc dicit, non convenire tali, dicere se à transeunte & ignoto emisse, nempe quando urgetur ad indicandum, ostendendum & exhibendum venditorem, in casu scil. ubi urgeri ad hoc potest. de quo Dn. Tabor *in racem. indic. LL. ad d. l. 5.* Hinc est quod *in Ord. Crim. artic. 43.* conceptio Rei Furtivæ non absolutè pro indicio commissi furti ponitur, sed tum, quando penes suspectum fuerit deprehensa: ibi: So der Diebe

stall

stall bey dem Verdachten gefunden wird. Et hanc sententiam probant quam plures. Alexand. *lib. 1. Consil. 5. n. 2.* Ernest. Cothm. *vol. 2. Resp. 70. n. 24.* ubi dicit hoc Jure regulari constitutum esse. Menoch. *lib. 5. præsumpt. 29. n. 2.* Caroc. *d. tr. quæst. 1. & seqq.* Sichard. *ad d. l. 2. n. 6.* Schneidew. *ad d. §. 4. Inst. de Oblig. quæ ex del. nasc. num. 5.* Perez. *C. de furt. num. 11.* Dn. Carpzov. *pr. Crim. quæst. 122. num. 45. & seq.*

XIX.

Ex iisd. fundamentis dicendum arbitror, quòd 2. Conceptio Rei Furtivæ, per se sola & in abstracto considerata, ne quidem aliqua suspicione furti aut delicti commissi de Jure oneret eum, penes quem facta. Nec enim & hoc in d. l. 2. & l. 5. si penitiùs inspiciuntur, dicitur; neque etiam viro bono, pio & prudenti convenit, quod vulgus hominum insipiens facere solet, in suspicionem adversam simpliciter rapere ac trahere, quod æquè cum bona ac cum mala fide conjunctum esse potest; quod ob generalem bonitatis præsumptionem conjunctum esse credendum est, *arg. Nov. 6. cap. 6. vers. volumus autem.* ob quam rectiùs in eo præsumitur ignorantia rei alienæ, per deducta. Vincent. Caroc. *d. tr. quæst. 21. num. 1. & seqq.* Et impediret hæc ipsa sententia commerciorum libertatem, si emendo Rem, quæ Furtiva æquè, ac vitio hoc vacua esse potest, quilibet mox de regula suspicioni commissi furti, si ea furtiva esset, exponeretur. In qua sententia licet adversi nobis sint plerique DD. etiam ipse Menoch. *d. 5. præs. 29. n. 2.* mitiùs cætera de hoc sentiens, & Carpz. *in 1. F. p. 4. Const. 40. def. 8. n. 2.* ob dictas tamen rationes ei tamdiu adhæremus, donec meliora edocti fuerimus, præsertim quòd post multos à se allegatos eam quoque sequatur & defendat Ernest. Cothm. *d. l.* *Positio 2.*

XX.

3. In concreto tamen, & subjecto apto, ac positis circumstantiis adminiculantibus, præsumptionem commissi furti aut delicti eandem suppeditare non dubito. Nempe si Primò omnium ille, apud quem reperta res furtiva, homo improbus, malæ oponionis, famæ aut vitæ *Positio 3.*

kop. *d. tr. 4. Observ. Crim. 27.* Quo in casu hoc indicium ad torturam sufficiens esse cum allegatis credit Menoch. *d. l. præsumt. 29. n. 7. & seq.* Quod absque dubio procederet, si in eodem furti crimine talis jam ante deprehensus fuisset, Alex. *lib. 1. Cons. 5. n. 2.* & Barbos. locupl. *voc. malus. axiom. ult.* Deinde alia accederent indicia, ut si (1.) jam aliis vicibus etiam res furtivæ apud eum deprehensæ fuerunt, *per d. l. 2. C. de furt. ibi: curate igitur cautius negotiari, ne, secus scil. facientes, non tantum in damna hujusmodi, amissionem scil. pretij dati, sed etiam in criminis suspicionem incidatis.* Menoch. *d. l. n. 8.* Ern. Cothman. *d. l. n. 42.* Schneidew. *d. l.* Dn. Christoph. Ph. Richter *p. 2. decis. 96. n. 9.* qui *n. 21.* docet, in casu, ubi monitus quis non destiterat sæpius tales res emere, ad relegationem usque pœnam extensam fuisse: aut à fure sæpius emerit, aut ab alio. Vinc. Caroc. *d. tr. q. 11. n. 3. & q. 21.* Perez. *d. l.* Dn. Brunnem. *ad d. l. 2.* Aut (2.) Res Furtiva penes ipsum in secretiori, abscondito & insolito loco fuerit reperta. Menoch. *d. l.* (3.) Vel si negaverit Rem Furtivam penes se existere, usque dum testibus præsentibus, aut à Justitiæ Ministris Magistratûs jussu perquisita & concepta fuerit, *arg.* §. *4. Inst. de oblig. quæ ex del.* Vinc. Caroc. *d. tr. q. 3. n. 2.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 42.* Dn. Richter *d. l. n. 13.* Vel (4.) Si clam eandem emerit, Schneidew. *d. l.* Perez. *d. l.* Sichard. *d. l. n. 6.* Coth. *d. l. n. 44.* Menoch. *d. l. n. 3. & 12.* Bonif. *d. tr.* § *2. n. 83. & seqq.* Dn. Richt. *d. l.* Dn. Tab. *in Racem. ad d. l. 5. pag. 305.* de quo præsumitur utique scientia. Dn. Carpzov. *I. F. p. 4. c. 40. d. 8, n. 2.* Aut (5.) si vili pretio, ut evidenter satis colligere potuerit, vendentem non bona fide eandem possidere. Dn. Richt. *d. l. n. 11. & seqq.* ubi eleg. præjudicium habet. Schneidew. Perez. Sichard. Menoch. Vinc. Caroc. *dd. ll.* Aut simul (6.) vicinus esset, si notitiam domûs commissi furti habuisset, si versarus in ea sæpius. vid. Farinac. *lib. 1. tit. 5. quæst. 52. n. 127. & seqq.*

XXI.

Authorem possessionis an Ostendere tenentur Suspectus?

Talia & similia alia argumenta quædam, cum perspicua satis sint, ut ex iis dolus præsumatur & arguatur, *l. dolum. 6. C. de dol. mal.* Sichard. *d. l.* sufficientia etiam sunt, ut Judex à possessore tali Rei Furtivæ authorem possessionis exigat, ut ab istis suspicionibus eundem liquidò: non per juramentum, ad quod ita suspectus non admittitur, Dn. Tabor *in Racem. ad d. l. 5. pag. 303.*: ostendendo & exhibendo sese purget, monstretque se bona fide possidere, Ad hoc enim talis omninò justè

cogitur. non obstantè *l. 11. C. de heredit. petit.* Dn. Carpzov. *l. F. p. 2. c. 8. d. 4.* tum quia titulum suæ possessionis regulariter quidem nemo invitus ostendererc cogitur; benè tamen quando adversus possessorem præsumptio est, ipso eundem, furto commisso, indicare non valente. *c. cum contraxit. 29. x. de decim.* Barbos. locupl. *voc. possessio. ax. 6.* tum quod non hîc de solo dominio agitur, sed & de furti crimine purgando; nec tam titulus exigitur, quem possessor non potest non, nisi manifestò pro fure se haberi velit, edere: quàm tituli author. Dn. Tabor *in Racem. th 51.* Nec credendum hanc Authoris exhibitionem urbanitatis & civilitatis esse, ut quidem sentit Sichard. *add. l. 5. num. 1.* sed necessitatis & Juris. Add. Dn. Brunnem. *add. l. 5.*

XXII.

Quid si eundem ostenderit?

Quod si ergo eund. ut decet, monstraverit, tunc tantisper à societatis delicti & doli præsumptione liber erit: cùm exhibitio hæc pro justa purgatione habeatur, *d. l. 5. & ibi.* Sichard. *n. 1.* & DD. Vinc. Caroc. *d. tr. quæst. 34.* non tamen propterea restitutionem Rei Furtivæ subterfugere potest, ut alibi dicetur. Conf. Dn. Richt. *d. l. n. 16.* Si verò eundem vel nominare non potest, aut ut ut possit, nominare tamen non vult, *C. I. A. π. de quæst. th. 7. aut* nominat quidem aliquem, sed ignotum, aut qui transierit, *d. l 5. C. de furt.* & ibi Dn. Tab. *in Racem.* Franzk. *π. de C. E. n. 152.* aut, quod perinde est, mortuum, negantem, Just. Oldekop. *d. l. n. 1.* ad torturam tunc sufficienter gravatus est, ut docent Dd. communiter omnes, Jul. Clar. *d. lib. 5. sent. § fin. quæst. 21. n. 41.* Farin. *l. 2. consil. 131. n. 3. & 4.* ubi scribit, quòd, ut quis præsumtionem furti tunc à se tollat, docere debeat plenè & concludenter, non autem per possibile, nec nominasse tantùm sufficit. Ern. Cothm. *d. vol. 2. Resp. 70. n. 19.* Schneidew. *d. l.* Bonif. *d. tr. de de furt. §. est. n. 62. p. m. 90.* ubi magno numero Dd. allegat. Sichard. Perez. *dd. ll.* Dn. Carpzov. *d. pr. Cr. q. 122. n. 42.* M. Stephan. & Criminalistæ ad *Ord Crim. d. art. 43.* Just. Oldekop. *d. l. n. 1.* Dn. Brunnem. *add l. 5.* C. J. A. *π. de quæst. th. 8. n. 5.* Dn. Tab. *Racem 3. th. 12.* Quæ omnia confirmantur à Carolo V. *in Ord. Crim. d. art. 43.* hac sanctio-

Si non ostenderit?

licher Weiß / mit einem guten Glauben / an sich bracht habe. Add. art. 38.

An tunc in principali condemnari queat?

XXIII.

Dixi ad torturam eum esse gravatum. Ad condemnationem enim in principali ad suspendium hæc non sufficerent. cum ex præsumptionibus, reo in negatione persistente, nemo in criminalibus condemnandus sit, per *l. ult. C. de probat. & ibi Dd. l. 5. prin. ff. de pœn.* Vincent. Caroc. *d. tr. quæst. 3. n. 2. & quæst. 9. n. 1. & 2.* Sichard. *ad d. l. 5. n. 7.* Card. Tusch. *pr. concl. 560. n. 3. lit. E.* etiamsi plures conjecturæ concurrant cum ipsa Rei Furtivæ possessione, *per d. l. ult.* secus ac cum Alber. *ad d. l. 2. C. de furt.* sentit Menoch. *d. 5. præsumt. 29. n. 8.* Prætere a jam indicata indicia non præcisè arguunt ad furtum commissum, sed etiam ad auxilium furto jam commisso præstitum, aut receptationem. Idem Sichard. *d. l. in fin.* Dn. Richer. *d. l. n. 15.* Add. Zanger. *tr. de quæst. cap. 2. n. 186. & seqq.*

De non suspecto apud quem Res Furtiva deprehensa.

XXIV.

Hæc ita procedunt si is, apud quem Res Furtiva reperta, sit malæ vitæ. Quod si vero is bonæ existimationis est, tunc hæc Rei Furtivæ conceptio penes ipsum tantò minus quid operari poterit, cum præter præsumptionem generalem, de qua supra, etiam in specie bonæ vitæ testimonio munitus sit. Cujus tanta vis est, ut ii etiam, qui simpliciter ex Rei Furtivæ conceptione suspicionem oriri statuunt, eam per bonam famam vitamque tolli concedant. Vid. Jul. Clar. *d. l.* Vincent. Caroc. *d. tr. quæst. 5. n. 2. & quæst. 6. num. 1.* Justus Oldekop. *d. l.* Ita verò à suspicione immunis erit, ut tamen ad indicandum eum, à quo rem acceperit, obligetur; non quidem, ut arbitror, ex causa suspicionis, sed ex æquitatis ratione. Cum enim hæc nominatio nominanti nihil noceat, prosit autem ei, cui furtum rei factum, (nedum ipsi publico, ut crimina detegantur & puniantur, *l. 51. §. 2. ad L. Aquil.* petenti eandem omninò fieri debet, *per text. gen. in l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. pluv. arc.* non secus ac exhibitio rei facienda ex æquitate. *l. 3. §. 14. ff. l. 7. C. ad exhib.* omni ei, cujus pecuniariter interest, *l. 13. ff. eod.* & ex justa ac probabili causa. *l. 3. §. 11. ff. eod.* C. J. A. *eod. th. 3. 4.*

An Authorem indicare teneatur?

Quid si dicit ab ignoto, &c se habere?

In hac verò authoris nominatione si bonæ vitæ & famæ possessor Rei Furtivæ deficit, & ab ignoto aut transeunte se accepisse dicit, tunc, aliqua quia oneratur suspicione: cum ignoto quippe nemo, nisi for-

an in mercatu publico, Dn. Brunnem. *ad d. l. 5.* contrahere præsumitur. *per l. 19. ff. de R. I.* Sichard. *ad d. l. 5. n. 4.* Judex adv. eum procedere potest. Alex. *lib. 6. cons. 205. n. 5.* sed ab ista suspicione juramento se purgare poterit, nec amplius quid præstare necesse habet, quam juratò dicere, se nescivisse rem esse furtivam. Ord. Crim. *art. 207.* In quam rem ita respondisse Dnn. Lipsienses refert Dn. Carpzov. I. F. *p. 1. c. 22. d. 7. in fin.* So ist Christoff Mütze vermittelst seines leiblichen Eydes sich zu reinigen / und daß er die verzeichnete Sachen nicht wissentlich/daß sie gestolen gewesen / an sich erkaufft / zu schweren schuldig. Er thue nun solches / oder nicht / ergehet alsdann darauff in der Sachen ferner / was recht ist. V. R. W. Vid. etiam in *part. 4. Const. 40. d. 8.* Et in Prax. Crim. *quæst. 87. num. 65.* Aliud suppeditat Dn. Richter *d. l. n. 19.* ubi Colleg. M. Jan. 1633. Senatui Neostadiensi ita respondisse refert: So einer oder der ander sich damit entschuldigen wolte / daß er nicht anderst gewust / dann daß die Sachen dem Feind abgenommen wären/und solches mit einem leiblichen Eyde / uff vorgehende gnugsame Verwarnung deß Meineydes / erhalten / würden dieselbe mit ferner Straffe verschonet. V. R. W. Quæ æquiora sunt & tutiùs sequimur, suffragante Ord. Crim. *d. art. 43. ibi*: So der Diebstal bey dem Verdachten &c. quam doctrinam aliorum, simpliciter dicentium indicium ad torturam hoc præbere, magis tamen si sit homo malæ famæ. Add. Dn. Tab. *in Racem. ad d. l. 5. pag. 303.* Vinc. Caroc. *d. tr. quæst. 22. it. quæst. 5. n. 3.* ubi quidem allegat ad hoc Menoch. *l. 5. præs. 29. n. 3.* verùm is in *d. n. 3.* loquitur de casu, quando non constat, an is apud quem res furtiva deprehensa, sit probatæ vitæ, vel non. Ex quibus hactenus allatis bonæ famæ vim atque potentiam cognoscere integrum est; quam in hac materia propterea encomiis suis exceperunt Vincent. Caroc. *d. tr. quæst. 6. n. 9.* Bonif. *in d. tr. §. est. n. 45. p. m. 72.*

XXV.

Cæterùm cum dolus, in animo quippe latitans, non nisi ex indiciis colligatur, & sæpè contingat, ut contraria indicantia indicia adsint, prudentis in hoc puncto Judicis erit, arbitrium suum ita moderari, ut jus & *In his omnibus prudentiâ Judicis*

tivam non clam, sed palam habuerit, tractaverit, gestârit. Ern. Cothm. *d. l. n. 31. & 34.* quod eam in foro aut alio in loco publico emerit. *arg. l. 3. pr. §. 1. & 2. ad SCt. Maced.* post Matth. Steph. *ad Ord. Cr. art. 38. in fin.* Dn. Carpz. *pr. Crim. d. q. 122. n. 47.* aut maximè, quòd res mobiles palam & publicè emere ac vendere consueverit: quomodo ita in regio concilio conclusum refert Martha, *in ff. noviss. tom. 2. c. 11.* quòd eam animo domino restituendi comparaverit. *arg. l. 43. §. 7. ff. de furt.* Vid. Ernest. Cothm. *d. l. n. 27.* & Martha *d. l. tit. furtum c. 2. & c. 3.* quòd protestatus fuerit coram testibus, se illam Domini nomine emere, & paratum, quandocunque recepto precio, ei restituere. Schultz *in Syn. Inst. de oblig. quæ ex del. in fin.* ubi tamen non reticet, hanc protestationem haud exiguam doli conjecturam præbere. cui consentit Dn. Richt. *d. p. 2 dec. 46. n. 63.* Confer Menoch. *d. 5. præsumt. 29. n. 13. & seqq.* Rovestrunck. *medit. adilit. lib. 1. c. 4. n. 52. & seqq.* Quæ tamen conjectura cessare potest, si concurrunt cùm protestatione requisita illa, quæ tradit Vinc. Caroc, *d. tr. q. 23. n. 3.* Quòd item Res non in possessione ipsius, ut ut in ædibus, fuerit. Dn. Carpz. *d. l. n. 46.* seu quòd apud ipsum ignorantem comperta. *l. 8. C. ex quib. caus. infam. irrog.* ubi id etiam additur, quòd licet talis ob deprehensionem condemnatus fuerit & sic famæ damnum subierit per duriorem sententiam, ipsam tamen revera læsam non esse, si ignorantiam illam docere potuerit. Vid. ibi Dn. Brunnem. Et quæ sunt hujus farinæ alia. Quemadmodum è contra, ut ut bonæ famæ sit, si tamen cum Rei Furtivæ conceptione alia indicia validiora dolum arguentia concurrant, his quoque suum momentum Judex dabit.

XXVI.

Instituta Rei Furtivæ inquisitio consideratur etiam (vid. supra th. 10.) quatenus res illa Non deprehensa.

Hæc obtinent circa Rem Furtivam, ubi ea inquisita deprehensa fuerit. Quod si autem inquisitione instituta penes aliquem reperta non fuerit, tunc, si in causis instituendæ inquisitionis nullus appareat defectus, impunè Magistratus, & qui eam requisivit, omne id feret, quod ita legitimè actum est; cùm is, qui Jure suo utitur, nemini injuriam faciat *l. 13. §. 1. de injur. l. 24. in fin. l. 26. ff. de damn. inf.* & per plures textus & Dd. ad hoc brocardicum allegatos à Barbos. locupl. *voc. Ius. axiom. 23. fac. l. 3. C. de calumn.* & argumentum præbet fortissimum *Ord. Crim. art. 41.* disponens, quòd ob indicia idonea legitimè tortus, si neque confessus fuerit, neque convictus, adversus Magi-

-gistratum & Accusatorem ad pœnam agere non possit: per rationem ibid. subjectam. Vid. Matth. Steph. & Dd. ad *d. art.* Et hoc in terminis docet Besold. *in Comment. ad Ord. Provinc. Würtemberg. fol. 208. n. 15.* Aliud dicendum foret, si requisita legitimæ requisitionis non fuerint observata. *arg. dictorum textuum.* Quemadmodum, & si inter quærendum damnum injuriâ datum fuerit, Aquiliæ locus est, *arg. l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil.* aut si cum diffamatione de crimine commisso facta, quo in casu etiam remedio l. diffamari. diffamatus se tueri posset. pertradita Ernest. Cothm. *d. 2. Resp. 70. in fin.* De excommunicatione, adversus detinentes & non denunciantes Res Furtivas obtinenda, vid. Tusch. *pract. concl. 559. n. 14. &c. tit. F.* & de earum denunciatione Sanchez. *Consil. moral. part. 2. Consil. lib. 4. c. 2. dub. 24.*

Quid juris circa Rem Furtivam, si de ea, ubi sit, (vid supra th. 5.) constet & de Furis etiam Confessione? tum quoad Rem ipsam? tum quoad Furem?

XXVII. & ult.

Et hæc omnia hactenus prolata ita se maximè habent, circa rem furtivam, si ea non appareat, ut inquisitione opus sit. Quod *si verò Res Furtiva appareat & extet*, & fur quoque de delicto suo confiteatur, verùm non appareat de loco & persona cui furtum factum sit, tunc *quoad rem ipsam* id agendum erit, ut Judex eandem illi, cui subtracta, fideliter asservet, Ord. Crim. *art. 207.* Optimum autem factu erit, si publico proclamate, vel libello proposito, *arg. l. 43. §. 8. ff. de furt.* aut è suggestu, eidem significet, scil. secundum rationem in *d. l.* præscriptam iis, qui res amissas inveniunt. de qua Harpprecht. & Dd. *ad §. ult. Inst. de Rer. div.* Dn. Tab. *in Racem. ad d. l. 43. §. 8.* At *quoad ipsum furem*, antequam eidem pœnam promeritam imponat, id aget, ut per officiales & nuncios eò locorum, ubi furtum factum dicitur, missos diligenter requirat sesque informet, an confessio furis cum veritate conveniat. Quod si verò hac diligentiâ adhibitâ præter furis confessionem & Rei Furtivæ præsentiam de delicti corpore ejusque circumstantiis & qualitatibus Judici non constat, an tunc, cæteris licet ad suspendium concurrentibus requisitis, fur hic ultimo supplicio affici queat? latè & in utramque partem integra conclusione disputat Matth. Berlich. *part. 5. concl. 46.* & rectè, cum magno Dd. numero, multis-

tem, contra *l. ult. C. de probat.* Bonif. *d. tr.* §. *2. n. 15.* condemnaretur, & tùm, cùm nondum de delicti corpore constaret; de quo tamen, etiam in delictis facti transeuntis, constare debet, eâ, quâ potest ratione: & sic in furto ex querela partis aut alia aliqua informatione. Jul. Clar. *in pract. Cr. lib. 5. sent.* §. *fin. quæst. 55. n. 11.* Bonif. *d. l. n. 19.* ut taceam, aliàs non benignam, quæ tamen semper pro reo capienda, *l. 47. de O. & A. l. 5. pr. l. 42. de pœn.* interpretationem observari: cum omninò esse possit, ut, confessione non obstante, res ista furtiva non sit. Berlich. *d. l. n. 7.* Dn. Carpzov. *d. l. n. 32.* qui ibid. *n. 34.* asserit, hanc sententiam in Nundinis Lipsiensibus tàm frequenter practicari adversus Bursicopos, die Beutelschneider / ut nulla ulteriori indigeat probatione. Extraordinariæ autem pœnæ, propter violentam hominis præsumtionem furti commissi, locum tunc esse, tradunt Dd. *dd. ll.* & Constitutio Elector. Saxon. *33. part. 4.* tali fustigationem cum relegatione dictat. Zanger. *d. tr. de quæstion. c. ult. n. 67.* quam à Saxonicis etiam dictari observare licet apud Dn. Carpzov. *in 1. P. d. p. 4. c. 33. d. 7. & seqq.* ubi inter alia hoc ad rem præjudicium *def. 8. in fin.* subjunctum videre est: M. Septemb. Anno 1600. Ob nun wohl das Geld / so der Gefangene auß solchem gestohlenen und verkaufften Getreydig an Korn / Weißen und Haber / seinem fernern Bekantnuß nach / gelöset / über 5. Solden außtragen thut: Dieweil aber dannoch schwerlich zu erkundigen / ob vorbenante Personen auch so viel an Getreydig / als der Gefangene angezeigt / gewiß und in Warheit verlohren: So mag auch der Gefangene solcher Deuben halber am Leben nicht gestrafft werden. Er wird aber gleichwohl mit Stauppenschlägen deß Landes ewig billich verwiesen. V. R. W. Præterea etiam singularibus quæstionibus, in foro non rarò decidendis, Argumentum hoc ibidem illustratum.

Tantum!

